

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

ciscitur. Nam qui pro alterius gloria, studiis & factionibus certant, & ipsi privatim suæ gloriæ in eo velificantur; alienam in speciem laudem quærunt, revera captant suam.

“ *Ἰνα ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλλοτρίω τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται Φρονηεῖν.*
 “ Ut in nostra persona in iis, quæ de me & Apollo scripsi, discatis
 “ non alios sumere affectus, quàm quales DEUS in scriptura exigit.
 “ *Γέγραπται* in his libris semper ad libros Veteris Testamenti refer-
 “ tur.

“ *Ἰνα μὴ εἰς ὑπὲρ ἐνὸς Φυσιῶδε καὶ ἑτέρας.*
 “ Videtur scriptum fuisse *Φυσιῶδε*. Ne superbiatis alter contra
 “ alterum pro hoc vel illo doctore. His verbis ostendit se cum dixit
 “ *γέγραπται*, locum aliquem respexisse scripturæ non verbo tenus,
 “ sed sensu. Is locus est Deut. XVII, 20. Nam si Regi præceptum, ne
 “ se supra alios efferat fastuosè, quanto magis aliis. Commune est
 “ omnibus gentibus, ut inflari dicant pro superbiere: Hinc homo infla-
 “ tus apud Ciceronem inflare utrem, in Satyra, superbum facere. Sic
 “ spiritus magnos gerere, est superbiere. Chryl. stomus appositè ad
 “ hunc locum: *Ἄλλως γὰρ γίνεται ὑψηλότερον ἔπερον ἑτέρας μέρους,*
 “ *ἀλλ' ἢ ὅταν οἰδημεν γένηται.* Deinde ὁ φλεγμαινόμενος, ἄπὸς ὁ νο-
 “ σῶν.

Locum aliquem respici Vet. Testamenti non satis liquet, ne-
 dum illum de Rege; Cum in genere respici possunt ea, quæ de *mo-*
destiâ & humilitate in scripturâ occurrunt dicta, ne scilicet ultra sa-
 piamus, quàm oportet. Quomodo nonnulli ea, quæ Salomo habet
 de humilitate *Prov. XI. 2. cap. XXIX. 25.* alii, quæ in Evangelio occur-
 runt *Marc. X. 44. Luc. XLIX. 14.* Alii quod supra scriptum *C. III. 21.* re-
 spici volunt. Qualis etiam monitio *Rom. XII. 3.* Sed intelligi hoc for-
 san ita poterit, quasi moneamur, ne quis de rebus divinis sapere præ-
 sumat super ea, quæ DEUS in scripturis revelavit; Siquidem Aposto-
 lus ipse protestatus sit, *se nihil dixisse præter ea, quæ scripta sunt in Moyse*
& Prophetis Act. XXV. 22. Quæ Beza fuit interpretatio, *ulcus aperit. Un-*
de enim hæc mala, nisi quod intra modum à verbo Dei præscriptum sese non
continebant! Simplicior tamen B. Lutheri videtur explicatio *daß nie-*
mand höh r von sich halte/ denn ist geschrieben ist. Quo etiam abit B.
Henni paraphrasis. *Quod monui, ne de me & Apollo contenderetis, simulq;*
nostram